Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Pater & mater.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

PATER. MATER.

PATER poteſt obligare filium ſub peccato mort. cap.14. num.2. Et peccat m. notabiliter negligens prouidere neceſſaria vitæ ſpirituali vel corporali filij. num. 17. Idem ſi propter auaritiam mittit filium ad hoſpitalia, vel ianuas Eccleſiæ.nu.17.

Tenetur hoſpitali ſoluere expenſas, quibus ibi nutritus fuit filius eius, niſi excuſetur ob paupertatem. cap.16. nu. 48. Tenetur alere filium poſt tridennium. cap. 14. num.17.

Peccat mort. nolens filias etiam ſpurias dotare, cùm poſſit. Idem ſi conſulit matrimonium filio emittenti votum continentiæ & religionis in ætate ſufficienti. nu.17. cap.14.

Item ſi patitur amari filiam ob malum finem, vel non ſeparat eam à malis ſodalitiis. Vel patitur impudicè & enormiter tangi ab ſponſo. nu.18.

Poteſt vendere filium etiam inuitum, propter neceſſitatem. Poteſt etiam donare filio laboranti in paternis bonis tantùm quantùm extraneo, idque extra legitimam. cap.17. num.88. & 144.

Tenetur

Tenetur reſtituere accipiens ſibi, vel alteri ex bonis filij caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, vel fructibus eorum. Idem ſi accipiat aliquid, quoad proprietatem de bonis aduentitiis filij familiàs:& etiam adminiſtrando ea tam malè, vt notabiliter lædantur. Quo caſu tenentur fratres mortuo patre reſarcire; Si verò pater habebat vſumfructum,& non damnificauit proprietatem, ſed ſolùm fructus, nec ipſe, nec fratres tenentur reſtituere.num.151.

Peccat mort. inducendo filium per metum etiam reuerentialem, vel per fraudem, vt renunciet legitimæ, & tenetur reſtituere. cap.17 nu.152.

Poteſt minuere filiis legitimas per contractus verè oneroſos,& per donationes remuneratorias. Item poteſt, dum viuit, largiri in veras eleemoſynas, ea quæ pertinent ad ſalutem animæ.cap.26.nu.39.

Mater peccat mort. ſi notabiliter negligit deligere nutricem bonam, vel curare bonam pueri educationem, vel vſque ad triennium non miniſtrat ei neceſſaria. Peccátque venialiter non lactans filium proprio lacte ſine iuſta cauſa:quæ ſi adſit, non peccat.cap.14.num.17.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN